

annueris breui rem hanc feliciter confecturum. Hostis q̄ nullius sit igeniū optime noui: nullius cōsiliū: Omnia temere agit: Copiā modicā ac Tiro num Italarum fere omnes. Sed quod maximum est inuisus omnibus eius terrā mortalibus: in qua bellum gerendum est. Nobis uero & copiā ualidā sunt: & auxilia nō deerunt. Plures fortasse q̄ uelim ad huiusmodi magni nominis bellum concurrant. In primis autem Romani imperiū dignitas & existimatio spem maximā prabet a quo dignus habitus sim quem honestet hoc munere. Et si cātera desint auxilia: hoc solo nomine ausim ceptum aggredi. Itaq; tum his rationibus: tum defectione Italiā quam ut si gna noua conspexerit: transituram ad nos esse non dubito: felicia omnia sperare licet. Puderet prāterea: si nihil aperiā quid cogitanti animo de imperio subierit: plus ne cōmodi an incōmodi ex hoc bello sit capturum. Cōmoda ut uidetur: plura sunt. Liberaueris tu ærarium stipendio Gotthorū ex fructibus earum quibus nunc insident: prouinciarum. Ea pecunia uti poteris ad res perficas: & Africanas. Nihil est enim qd̄ ab Aquilonis parte quam insidemus metuas imperium prāterea liberabis inuidia qua nūc laborat. Latius increbuit apud Barbaras nationes: Romanos sibi rapere omnia. Neminem pro socio. Omnes pro seruis habere. Inde fit ut prouinciā sepius exagitentur. At uero cum uidebunt imperium admittere alios quoq; ad cōmunionem: Queri desinent: & animis etiam atq; etiam mitescent. An illud quoq; parui æstimandū: Qd̄ imperiū dignitas: & existimatio amissione italiā iam pridem depressa non restituetur solum: sed augebitur: Cum qui nūc iactant plus potuisse inimicos imperiū: q̄ imperium: Videbunt amicos etiam imperiū nunc plus posse q̄ inimicos. Illud autem cōmēorare officii nostri ē: Et cogitare sapientiā tuā. Qui si res uoto respondent: Sane italiā non tā mihi recepta fuerit q̄ imperio. Poteris tu quidem quicquid erit terrarum mariumq;: Quicquid prāterea copiarum & exercituum ad gloriā imperiū referre: Cuius beneficio restituta sit. Neq; tua minus erit Roma re ipsa q̄ titulo. Sin uero ut bellorū interdum se habēt euentus aduersi aliquid acciderit. Nihil erit amissum imperio: Nullum periculum tuā res adibūt. Illud profecto quispiam pro cōmodo suscipiat. Qui cum inter Barbaros ea contentio sit futura non potest imperiū: nisi de utriusq; gentis laboribus tutius: securiusq; reddi. Dixi quā uisa sunt. Siquid forte liberius excidit: aut qd̄ minus maiestatem sapientiāq; tuā decuerit audire: Accipies pro tua māsuetudine in bonā partē ueniāq; dabis aut ætati aut armorum studio: Cui genitor magis q̄ uerbis assuescere uoluit. Deus bene uerrat quicquid statueris. Ea cū Theodoricus dixisset delectatus Zenon iuuenis tū modestia: tū prudentia. Respondit se audisse eū perlibetere: re magni pōderis placā: & indigere cōsilio. Sumpto itaq; ad deliberandū spatio. Placuit ad Senatū deferre. Ibi uero plures dictæ sniā. Placebat ærariū